



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

11. An qui cessit bonis, si aliquid in fraudem creditorum egerit, gaudeat tali priuilegio, vt v. g. quando bona sua luxuriose viuendo consumpsit, ve! ludendo, aut cum meretricibus expendendo ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76413](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76413)

racinquis lib. 3. var. ref. tit. de solut. ref. 27. n. 18. quinimo si iustam negandi debitum causam habuit, admittitur ad cessionem bonorum, licet post sententiam &c. condemnationem debitum sit confessus, Ariminus Teptatus in Epitome dec. tit. 281. c. 3. in princ. Rolandus à Valle conf. 7. n. 7. & seq. Matth. de Afflict. dec. 379. Vide etiam Maximilianum Faustum de Arario clas. 16. conf. 1272.

2. Sed (attende amice Lector) mihi magis placet opinio contraria ex auctoritate l. 2. qui bonis ced. poss. vbi habetur: iudicatum, id est, damnatum bonis cedere posse, ne in carcerem deturatur. Ex quo clare colligitur, debitorem, qui negavit debitum, hoc cessionis beneficio non privari. Nam cum, qui condemnatus est, debitum negasse oportuit: cum iudicium in inuitum & contradicentem reddatur. l. inter stipulantes, §. 2. ff. de verb. oblig. & in confessum in iudicio nullae sint partes iudicis, sique sententia nulla proferatur, l. post rem §. 6. vbi Duarenus ff. de re iud. l. proinde §. 2. in fin. ff. ad l. Aquil. l. vnic. C. de confessis. l. 1. & l. certum §. 6. in pr. & §. 2. ff. eod. Pro eadem etiam sententia optimè facit textus in l. de arate l. 1. §. vlt. ff. de interrogat. in iur. faciend. vbi is, qui in iudicio aliquid affirmando respondit, huius responsi se poenitere, idque citra periculum corrigere potest. Ergo debitor quoque, qui ab initio inficiatus est se debere sine suo damno, & periculo hanc inficiationem postea corrigere debet; confiteri poterit.

3. Nec resistit allegata l. sed si ex part. 4. §. 2. ff. quod cum eo, qui in alien. potest. vbi filius familias, cui competit privilegium, nec ultra, quam facere potest, conveniatur, illud amittit, si patrem familias se mentitus est. Etenim filius familias ibi beneficium istud propter mendacium iudicio perdit, quia negavit causam, cuius intuitu id beneficium ei iure indultum est. Negavit enim, se filium familias esse. Atqui propter hoc ipsum, quod filius familias contraxit, exceptio illa in quantum facere potest, ei tribuitur. Eadem modo respondendum est ad d. l. Sed hoc ita §. 2. ff. de re iud. vbi socio exceptio illa, quatenus facere potest (quam competentia vocat) admittitur: quoniam etiam negavit causam, ob quam haec ipsi exceptio competit. Negavit namque, se socium esse. Societas autem in causa est, quod illa socij exceptione seu privilegio utantur. At verò in nostra facti specie debitor non inficiatus est causam, propter quam beneficium cessionis ei iure fuit concessum: quippe cum debitum duntaxat abnegaverit. Videatur Matthaeus de Afflictis dec. Neapolit. 379. & Harprechtus in Comment. ad Instit. tit. de arb. §. vlt. nu. 19. Et idem Thomas Maulius tract. de cess. bon. tit. 2. n. 9. limitat primam sententiam, Primò quando debitor habuit iustam causam negandi, & ante sententiam poenituit, & confessus fuit debitum, Baldus in l. 1. C. qui ben. ced. poss. Matthaeus de Afflictis dec. 379. Carolus de Grassis de except. 17. nu. 22. Secundò limitant, quando debitum originem sumeret ab ipsamet sententia, ut quis esset actum actione in factum, Salicet in l. 1. vers. iuxta hoc mone. vbi Baldus C. qui ben. ced. poss. Matthaeus de Afflictis dec. 379. n. 3. Tertiò limitant si fuisset appellatum à sententia condemnatoria, quia dependente appellatione, debitor potest cedere bonis, Aret. in §. fin. Inst. de alien. Afflict. d. dec. 379. n. 3. vbi Ursil. in annot. n. 1. Carolus de Grassis dicit. loc.

RESOL. XI.

An qui cessit bonis, si aliquid in fraudem creditorum egerit, gaudeat tali privilegio, ut v. g. quando bona sua luxuriose vivendo consumpsit, vel ludendo, aut cum meretricibus expendendo dilapidavit?
Et notatur quod Clerici, qui in fraudem creditorum consumpserunt bona, illa alienando, vel ludendo, &c. non gaudent beneficio cessionis. Ex p. 7. tr. 8. Ref. 11.
Tom. VI.

§. 1. Respondeo negatiue cum Eminentissimo Domino meo Cardinali de Lugo de instit. rom. 21. disp. 21. & sect. 3. n. 39. Idem in cessione bonorum requiritur, quod cessurus in fraudem creditorum nihil alienaverit. vlt. §. vlt. ff. qui in fraud. cred. arg. l. 134. §. 1. ff. de reg. iur. Antonius Gomez 2. ref. c. 11. n. 52. Rebuffus conf. 184. n. 4. Ripa in l. obligatio, n. 33. ff. de pign. & hypotec. Socinus in reg. 343. in 1. fallent. Iason in §. item si quis in fraudem, n. 92. Inst. de arb. Neuzian. conf. 59. Baldus 3. conf. 220. Suarez in thesaur. recept. sent. lit. C. n. 42. Brunus à Sole, q. 9. n. 34. Parisius conf. 94. n. 11. vol. 1. Natta 2. conf. 361. n. 7. Stracch. tract. de morar. tit. de decoct. §. circa tertiam speciem, n. 9. 10. 29. Brunus de cess. bon. §. 8. quart. §. princ. Carolus de Grassis except. 17. n. 25. Schenck ad §. fin. n. 9. inst. de arb.

Sup. hoc sup. in Ref. 3. lege cam per tota, signanter §. 2.

2. Requiritur etiam, quod bonis cessurus, non alio modo fuerit fraudulentus, aut dolosus, Boërius dec. 215. vlt. si sciens, se non esse ad solvendum sufficientem contraxit, is enim, non potest gaudere hoc beneficio, leg. pen. ff. de cess. bon. Bartolus in l. alia, §. eleganter in fin. ff. solut. matr. Rebuff. conf. 184. n. 7. Ripa in l. obligatio, n. 33. ff. de pign. & hypotec. Angel. in l. 4. ff. de cess. bon. Socin. reg. 343. in 2. fallent. Plot. in l. si quando, n. 179. C. unde vi. Imola in c. later. de pign. Brunus tract. de cess. bon. §. 32. quart. §. princ. Cumi super ritu mag. reg. curia c. 95. n. 18. Aut. Chioff. conf. 99. n. 1. lib. 1. Car. de Grassis d. l. n. 15.

Sup. hoc in- fra in Ref. 13.

3. Quod tamen intelligendum est, si dolo malo induxit ad contrahendum creditorem, prætendendo se esse ad solvendum sufficientem; cum iam inopia laboret, aut verò hoc fraudulenter egerit, ut pecunia à creditore accepta, postea bonis cederet, atque sic credito suo creditorem fraudaret, quod iura decipientibus non succurrere soleant. l. 2. C. si minor se maiorem dixerit. Sin autem nullus sit debitoris dolus, vel, quia speravit, se interea tantum accepturum, quantum illi debito solvendo sufficeret, aliud est.

4. Praesumitur etiam debitor de industria, ac dolo malo defuisse esse ad solvendum sufficientem, quoad hunc scilicet effectum, ut à beneficio cessionis bonorum excludatur, quando bona sua, luxuriose vivendo consumpsit, & vel ludendo, vel in meretrices ea expendendo, dilapidavit. Steph. Gratian. dist. ept. for. rom. 2. c. 480. Nicol. Boër. dec. 215. n. 6. Ant. Hering. de fideiuss. c. 5. n. 107. & seq. Matth. Brunus de cess. bon. §. 5. n. 5.

Sup. hoc sup. in Ref. 3. §. li- gnatur, in §. 2.

5. Nota etiam quod Clerici qui in fraudem creditorum consumpserunt bona, illa alienando, vel ludendo, &c. non gaudent beneficio, c. Odoardus de solut. Ita Genuenensis in praxi, c. 3. n. 6.

RESOL. XII.

An qui non dolore, sed culpabiliter ad inopiam pervenit, gaudeat privilegio cessionis? Ex p. 7. tr. 8. Ref. 12.

§. 1. Respondeo aliqui affirmatiue. Et idem asserunt idem dicendum esse de eo, qui non quidem dolo malo, & de industria se inopem reddidit, sed tamen culpa sua ad inopiam redactus est. Ant. Hering. de fideiussorib. c. 5. n. 107. & seq. Rütger Ruland. de commiss. p. 4. lib. 9. c. vlt. n. 11. Petrus Heigius q. 35. n. 45. & 46. p. 1. Ernest Cothmann. res. 29. n. 11. vol. 1. Beneuen. Straccha de decoct. tit. p. 3. n. 12. & 13. Florus Maulonius de causis execut. lib. 1. limit. §. n. 58. Quinimò licet aliquis partim sua culpa, partim verò aduersa fortuna ad inopiam redactus sit, non potest bonis cedere. Rütgerus Rulandus d. c. vlt. n. 11. Pet. Heigius d. q. 35. n. 49.

RESOL. XIII.

An debitor, qui spe cessionis contraxit gaudeat cessionis beneficio?
Aa 23 beneficio